

B. N. I, 318.  
h. 64, 16.

A E T Ω

II R  
3714

SCIAGRAPHIAM  
CVRIAE PROVINCIALIS  
NORIMBERGENSIS  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE  
IN ACADEMIA ALTORFINA  
SISTIT

AC

AD DISPVTANDVM

PRO LICENTIA  
SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA CONSEQUENDI

D. II. AVG. A. O. R. MDCCCLIII.

PROPONIT

GVSTAVVS PHILIPPVS VOGELIVS  
PERILLVSTRIS REIP. NORIMB. SYNDICVS  
EIVSDEMQUE CVRIAE PROVINCIALIS  
A SECRETIS

ALTORFII

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOG.





SACRI ROMANI IMPERII  
PERILLVSTRIS AC LIBERAE  
REIPVBLICAE  
NORIMBERGENSIS  
SENATV  
SPLENDIDISSIMO  
PERILLVSTRIBVS AC GENEROSISSIMIS  
DOMINIS DOMINIS  
DVVMVIRIS  
TRIVMVIRIS  
SEPTEMVIRIS  
CONSVLIBVS  
SENATORIBVS  
PATRIAE PATRIBVS  
CONSCRIPTIS  
MV SARVM FAVORIBVS TVTORIBVS  
ATQVE PROMOTORIBVS  
BENIGNISSIMIS

IVRIVM PATRIAE CVSTQDIBVS  
AC ASSERVATORIBVS  
PROVIDENTISSIMIS  
DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS  
GRATIOSISSIMIS  
INTER ARDENTISSIMA  
PRO FORTVNATISSIMI REGIMINIS  
INCOLVMITATE PERENNANTE  
CONSILIORVM NEGOTIORVMQVE IN SALVTEM  
PVBLICAM VERGENTIVM  
PROSPERRIMIS EVENTIBVS  
VITAE AD SERAM POSTERITATEM CONTINVANDAE  
FIRMITATE  
ILLVSTRIVM GENTIVM  
AC FAMILIARVM  
MVLTI IMAGINIBVS AEQVE AC MERITIS IMMORTALIBVS  
EXSPLENDESCENTIVM CONSERVATIONE  
VOTA DEVOTISSIMA MENTIS PIETATE  
NVNCVPATA  
LEVIDENSE SPECIMEN SVVM INAVGVRALE  
EA QVA DECET VENERATIONE  
AC OBSEQVII CVLTV  
OFFERT DICAT CONSECRAT  
TANTORVM  
TAMQVE ILLVSTRIVM NOMINVM

DEVOTISSIMVS CVLTOR  
GVSTAVVS PHILIPPVS VOGELIVS.



## PRAEFATIO.

**Q**vae Causae negotiaque rerum humanarum, sive in publicorum, sive in privatorum censum veniant, in Republica occurrunt, et quorum administratio aut diiudicatio ad clavum regiminis sedentibus incumbit, eorum indoles requirit, ut singula suo ordine locoque, rite, nec perturbate tractentur. Quamvis enim ea in uno tribunuali disquiri, digeri atque administrari possint; multitudo tamen negotiorum, quorum diversitas ferme quotidie gignitur, inter illas personas, quae, in hoc tribunali, tanquam membra sedent, ita, ut quaedam his, quaedam illis, et altera alteris curanda committantur, distribuendi necessitatem ingerit.

Exinde prudentia humana, quae omnia aptiori ordine concinnari gessit, suadet, ut quaedam singularia ac a

*se invicem separata Collegia, quibus administratio certorum negotiorum demandatur, constituerentur.*

*Id quod etiam, absque dubio, in causa positum fuit, ut in Per-illustri Republica Norimbergensi, Inelyta Curia Provincialis excitata fuerit. De qua Curia Provinciali, mihi, quamnam materiam inter alias, meis cogitationibus se se offerentes, loco Speciminis Inauguralis, elaborandam suscipiam, circumspicienti, aliquid differere in animum venit.*

*Nec autem hanc materiam, quae magnum in plures res exspatiandi campum aperiret, in suo ambitu absolvere mihi constitutum est; id quod foret arduum opus, ad quod iusta ratione permetiendum, mihi, quantumvis in argumentis rerum, quibus haec spectabilis Curia occupata est, non leviter versato, vires tamen et tempus deficiunt. Non multo abhinc tempore, ad qualemcunque Dissertationem inauguralem conscribendam, mens mea, suasu quorundam Virorum, qui a me non parvi habentur, directa est; ideoque brevitatis temporis alique labores, quibus me non raro cinctum deprehendo, non permittunt, ut omnia quae ad Amplissimam Curiam Provinciale spectant, exauriam, sed modo quaedam carptim breviterque perstringam, ac alia alii tempori reservem.*

CAPVT I.



C A P V T I.

DE

ORIGINE CVRIAE PROVINCIALIS  
ET PERSONIS IN EA  
CONSTITVTIS.

§. I.

**S**Tatibus Imperii Romano-Germanici, Curias five di-  
versa Dicasteria, in quibus diversa a se invicem  
negotia tractanda et expedienda, atque actus Iustitiae  
exercendi veniunt, in suis territoriis, melioris  
ordinis gratia, erigendi, atque ordinationibus, secundum  
quas causae obvientes dirigi debeant, instruendi, (a)  
vi Superioritatis Territorialis liberam esse potestatem, ne-  
mo, nisi fungum pro cerebro gerens, negare ipsique ex-  
perientiae, quae usquequaque se ostendit, contradicere  
aude-

*Statibus Imperii, Ius, in suis territoriis Dicasteria instaurandi, compatit.*

(a) KNICHEN de territ: c. 3. n. 276. MEICHSM. Tom. 2. decif. ult. Lib. 2. n. 120. et seqq. MYLER Hyparchol. c. 2. §. 11. REINCKING de reg. sec. et eccl. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 76. KLOCK Conf. 14. vol. 1. n. 38.

audebit. Eadem potestas Civitatibus Imperii, necessitate atque utilitate Reipublicae postulante, idem faciendi, non est deneganda.

## §. II.

*Civitates Imperii sunt Status, et Superioritate Territoriali gaudent.*

Quanquam nonnulli, Superioritatem territorialem Civitatum Imperii in dubium vocari posse (b) somniant; eorum tamen rationes, quaecumque ad suam opinionem asserendam proferri possint, collabantur necesse est; cum in Capitulationibus Augustissimorum Caesarum Caroli V. successorumque et Francisci I. gloriosissime imperantis Caesareae Maiestatis, *der Chur Fürsten, Fürsten und Stände, (die ohnmittelbare Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, Gebräuch und gute Gewohnheiten, etc.* et inde omnia iura quae Statibus Imperii competunt et Superioritatem territorialem constituunt, confirmantur; et iam tempore Pacificationis Westphalicae, vigore cuius Instrumenti, (c) omnes et singuli Electores, Principes et Status Imperii, in antiquis suis Iuribus, praerogativis, libertate, privilegiis, libero Iuris Territorialis, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, exercitio stabiliti et firmati sunt, suum robur acceperunt. Nec est, qui Civitates Imperiales Statibus Imperii accenseri neget, nisi qui contra id, quod extra omnem controversiam positum est, ideoque indubitata veritate, in dicto Instrumento, (d) firmiorem et stabiliorem redditam, pugnam, vano deridendoque ausu, cedere velit. Ex qua autem veritate, pro-

(b) KNICHEN in Velit. Apolog. de Civitatum Iuribus Territorii LAMPAD. de Rep. Rom. Germ. P. 3. c. 3. §. 21.

(c) Art. VIII. §. 1. iung. 2. et 4.

(d) Art. V. §. 29.



prono alveo fluit, Superioritatem Territorialem, quae in eodem Instrumento, nomine Iuris Territorii et Superioritatis (e) venit, Civitatibus Imperialibus competere, atque ab his, secundum rationem virium suarum, exerceri posse.

## §. III.

Discrimen, quod Illustris Dom. a LVDVIG, inter *Refutatio opinionis Ludovicianae de Differentia Civitatum Imperii.* Liberas Civitates et nude Imperiales (f) constituit, atque ex hoc derivata opinio, Liberis Imperii Civitatibus iura territorii convenire, Civitatibus autem nude Imperialibus, non adscribi posse etc. usu, observantia, possessione, Imperiique constitutionibus reluctantibus, tanquam commentum (g) reiici fas est, nec ulli, nisi suo auctori, probatur.

## §. IV.

Qua ratione ergo, alius Status Imperii suum regimen *Consestarium, quod Civitates Imperii Dicasteria, ut alii Status, erigere possint.* in meliorem ordinem dirigere atque diversas Curias, quae diversis negotiis tractandis inserviunt, ordinare potest, eadem apud Civitates Imperiales, in quibusdam Curias sive Dicasteriis, de novo stabiendis, obtinet.

B

§. V.

(e) eod. Art. §. 30.

(f) in Dissert. de Civit. dispari nexu cum S. R. Imperio. C. VI.

(g) vid. PFEFF. ad Vitriar. Tom. III. Lib. III. T. 15. p. 1142.

SCHWED. dissert. de pari nex. Civ. Imp. cum S. R. Imp.

B. Dom. IOH. CAR. SCHEVRLII de Defersdorf. Diss. de Iur.

pecul. quibusd. Reip. Norimb. sub moderamine B. Dni. D.

HENRICI HILDEBRANDI. C. I. §. 4. 5. 6 et 7. Dom. CHRIST.

CAR. GRVNDHERRI de Alenthann et Weyerhaus, diss. de

Charact. Superior. Territ. caute designandis sub Praesid. Exc.

Dom. D. HEYMANNI. §. 19.

## §. V.

*Quando Res-  
publica Norim-  
bergensis alia  
Dicaſteria,  
quae antea non  
fuerunt, in-  
ſtauravit.*

*An. 1513.<sup>a</sup>*

Ante duo et quod excurrit Secula, omnes Cauſae Provinciarum ditionis Noricae, in pleno Perilluſtris Senatus conſeſſu, fuerunt pertractatae; uti etiam illos, qui ſtatum priſtinum cognitum habent, non latere poteſt, Senatum et Iudicium Vrbanum, quod vernacula noſtra, das Stadt Gericht vocatur, unum idemque corpus conſtituiſſe. Cum autem, Republica Norimbergensi acceſſionibus territorii ſubinde adaucta, et multitudine negotiorum et cauſarum obruta, bene conſtituti regiminis gloria ſemper celeberrimus Senatus, tam multa negotia cauſasque multarum aliarum rerum, quae ad publicam ſalutem utilitatemque pertinent, in ſuo conſeſſu perpendendarum, curam remorari poſſe, animadverſiſſet; ſicut alia Collegia, ita quoque Curiam Provinciam, Anno, ſupra milleſimum quingentefimum, decimo tertio, erigendam curavit, ubi impoſterum Cauſae, in Provinciis occurrentes, agerentur.

## §. VI.

*Definitio Curi-  
ae Provincialis.*

Curia inde Provincialis Norimbergensis eſt Dicaſterium, quod iura et negotia, Praefecturas earumque ap-  
pertinentias tangentia, pervigili cura diſpicit tractatque, pariter ac de cauſis, inter partes litigantes, quarum utraque vel alterutra, nempe rea, Praefecturis ſubiecta eſt, controverſis, et a primis Inſtantiis ad ſe devolutis, cognoscit atque iudicat, ac executioni iudicatum mandat. Quae iura per Provinciam Curiam exercentur, Tertium Caput Diſſertationis, occaſionem edifferendi ſuppeditabit; atque, ut cauſae diverſi generis controverſae, ibi in diſceptationem venire poſſunt, ſic in Capite Quarto modus procedendi docebitur.

## §. VII.

## §. VII.

Personae, quae hoc Dicasterium constituunt, in *Numerus Domi-  
norum Provin-  
cialium, eorum-  
que Officia.*  
Principales sive Imperantes, et Administros sive iussa  
capessentes, dispescuntur. A tempore eius instaurationis  
quinque e Senatorio gremio Domini Provinciales fuerunt  
creati, quorum nomina erant:

Dom. Martinus Geuderus  
Dom. Casparus Nüzelius  
Dom. Jacobus Muffelius  
Dom. Leonhardus Grolandus

et

Dom. Martinus Tucherus.

Idem quinarium Numerus postea mansit; et qui successu  
temporis in hoc illustri Collegio cum gloria floruerint, et ad-  
huc ad nostra tempora florent, sub calcem Dissertationis  
recensebuntur. Domini Provinciales, nostro idiomate  
*die Herren Land-Pfeger*, quotidie, exceptis feriis, con-  
veniunt, et insuper adhuc sive vel bis, singulis hebdo-  
madibus, necessitate urgente, extra ordinem post meri-  
diem confessus suos habent, atque de causis negotiisque,  
ponderatione dignis, obvenientibus, deliberare atque  
eas decidere solent; nonnulla autem officia inter se par-  
tiuntur. Primo enim eorum, qui Praefes Collegii sive  
Protoprovincialis, *der Obrist oder vorderste Herr Land-  
Pfeger* nuncupatur, non solum ius proponendi atque  
dirigendi negotia et causas obvenientes, assignatur, sed  
quoque eius curae in specie Administratio bonorum Ec-  
clesiasticorum et aliarum causarum piarum demandatur;  
hinc titulum etiam gerit Administratoris *der Geistl. Güter  
auf dem Land*. Idem fere semper e numero Dominorum  
Septemvirorum, qui titulo Seniorum cohonestantur, at-  
que

que singulare collegium conficiunt, esse, et una cum tertio Domino Provinciali, munus Steurarum et Collectarum, quae a subditis territorii Norici quotannis solvi solent, recipiendarum, obire debet; inde hi duo etiam appellantur *die Steuer-Herren*. Secundus in ordine, vocatur *der Herr Ober-Cassier*, cui Officialis, *der Unter-Cassier*, adiungitur, atque eidem curatio annuorum reddituum Praefecturarum, rationumque Praefectorum revisio incumbit. Tertius, praeter munus modo dictum, provinciam insuper metatorum, hospitationumque militum adornandarum sibi deposcit, et audit: *der March-oder Quartier-Herr*, qui Commissarium ad metata et inhospitationes militum, tam priorum quam aliorum, qui per Territorium Noricum transeunt vel hyemem agunt, respiciendas, adiunctum sibi habet, cuius officii spartam semper viri praestantissimi maximeque conspicui et Territorii Norici bene gnari tenuerant. Quarti Domini officium singulare respicit rem piscatoriam, et ei indit nomen *des Herrn Deputati zu den Fischereyen*. Quintus denique curam rei venatoriae, bannique ferini, tam in praefecturis quam alibi locorum Ditionis Noricae, sibi attribuit, et nuncupatur: *der Herr Deputirte zur Jagerey*.

## §. VIII.

*Designatio Officialium.*

Quod ad Administros et huic Curiae subordinatos attinet, in eorum Classem Praefecti, *die Amtleute oder Plegere*, cum adiunctis officialibus, *Stadt- und Gerichts-Schreibern*, sive Actuariis, etiam referri possunt. Sed iis omissis, hic speciarim hi Officiales, qui in Curia Provinciali labores suos obeunt distributos, intelliguntur. Inter quos primarium tenet locum, Secretarius, vulgo

(b) *der*

(b) der Land-Schreiber, cuius officium est, ut omnibus causis et negotiis in hoc Iudicio occurrentibus intersit, ex Actis relationes ad decisionem proponat, atque decisiones Causarum, sive sint Iustitiae sive Gratiae, expediat. Huic vero Secretario alii Officiales adiuncti sunt, quorum quilibet pensum suum curandum habet, qui in ordine der Steuer-Schreiber und Unter-Cassier, Registrator, sive Archivarius, Adiunctus et Subadiunctus, nominantur.

(b) Romanorum temporibus scribae nomen, quod non vilem conditionem innuebat, iam usurpatum fuerat. Titulus 69. L. X. Cod. de tabulariis, scribis etc. inscribitur; in Nov. 89. Epilogo, clarissimi scribae mentio iniicitur. Medio aevo, officium scribae in aulis, cum magna dignitate coniunctum erat, successu temporis autem aliud nomen, eines Kanzlers, eines Kanzley-Directoris, induebat; et GEORGIVS LAVTERBEKIVS in Tractatu vom Hoffleben, sequentes versus ex Beroaldo refert:

Dici qui cupit optimus bonorum  
Scribarum et viridem tenere palmam  
Inter decurias recentiorum  
Monstrari digito, omnibus placere

et porro:

Cancellarius (ut recentiori  
Scribas nomine nuncupem vetustos:)  
Dici qui cupit, et cupit videri  
Perfectissimus omniumque princeps.

Vid. BESOLD. Thes. sub nomine Kanzler. Quia ergo diversis nominibus tempora mutationem inducebant, non abs re esse potest, ut officiales, secundum indolem officiorum, aliis titulis insigniantur.

## CAP. II.

DE

PRAEFECTVRIS NORIMBER-  
GENSIBVS.

## §. IX.

*Provincia in  
potestatem Ro-  
manorum re-  
data quid sit?*

**N**on autem abs re esse opinamur, quaedam, quae conditionem Provinciarum Noricarum quodammodo delineant, proferre. Apud antiquos Romanos provinciarum nomine veniunt regiones, quae, secundum FESTVM, quasi (i) proviçtae, i. e. armis devictae, in potestatem Romanorum redigebantur. Istaе Provinciae plerumque complectebantur tota regna, moderamine fuorum Regum gavisa, atque adeo amplissimas regiones; quae ab illis, qui in has a victrice Republica Romana vel a Principe, Republica ad potestatem unius devoluta, missi magno imperio (k) regebantur. Sed a meo Scopo aberrarem, si rationes regionum, in Provincias Romanas redactarum, earum differentias, quomodo Praesides diversis temporibus eas rexerint, quas leges vel edicta tulerint promulgarintque, hic recensere vellem; inde eiusmodi narrationes missas facio, ac superfluum esse puto, admonere, quod conceptus, de Romanis Provinciis formandus, ad illas Provincias, de quibus iam mihi est sermo, non applicari possit.

§. X.

(i) FESTVS., voce Provinciae, p. 384.

(k) Vid. Tit. ff. et C. de Officio Procons. et Leg. HEINECC. Antiq. Rom. App. Lib. I. c. 4. §. 105. et seqq.

## §. X.

Nomen Provinciae hodierna significatione sumtum, *Quid Provincia hodierna significatione denotare potest.* magis ad id, quod antiqui Germani per pagos indigitare voluerunt, accedit. Cum enim, eorum tempore, de urbibus Germanis non constaret, vici tantummodo noti erant, et eorum congeries et coadunatio, pagus, ab hodierna significatione non parum abluens, (1) appellatur. Quaecunque autem animo aliorum de Provincia idea infideat, non curo; nec vereor, ut descriptio a me sic formata, nimirum, Provinciam continere quendam certum districtum, in quo oppidum, castrum, vel alius primarius locus (qui etiam sedes est Praefecti districtus) et certus numerus vicorum, lege parendi adstrictorum, deprehenditur, vituperationem incurrat. Eiusmodi Provincia plerumque Praefectura vocatur. Apud Romanos quoque erant praefecturae, in quas missi, eodem nomine Praefectorum veniunt, nec multum à forma Provinciarum Romanarum (m) discrepabant. Omnes istae Provinciae sive Praefecturae, ad Rempublicam Norimbergensem spectantes, cum aliis Imperii feudis et bonis alodialibus ad eam devolutis, constituunt Territorium Noricum; et iustioribus rationibus, quam quibus Romani, viribus ac potentia validi, possessioni alienarum regionum inhiantes, eas, plerumque iniustis armis occupatas, in suam potestatem redigebant, in ditionem Noricam translatae fuere.

## §. XI.

- (1) LAZ. Comment. Reip. Rom. Lib. XII. FREHER. de Orig. Palat. Lib. I. c. 5. HENR. VALESIVS in Notitia Gall. HEINR. MEIBOM. de pagis utriusque Saxoniae. CHRIST. FRANCO. PAVLINI Geograph. curiosa de Pagis Germ. antiquae.
- (m) FESTVS voce Praefect. p. 374. HEINECC. cit. Cap. V. §. 132.

## §. XI:

*Recensio Prae-  
fecturarum No-  
rimbergensium  
earumque ac-  
quisitionis.*

Harum autem nonnullae sunt clientelares amplissimae Curiae feudalis Regni Bohemici, aliae vero iure allodiali possidentur: Nec, quomodo ditionis Noricae factae fuerint, succinctam expositionem, mediantibus infra concinnatis notis, ante oculos ponere pigramur.

(n) *Altdorffium*, in quo oppido Sacrarium Murarum constitutum est, (o) *Lauff*. (p) *Herspruck*  
(q) *Be-*

(n) ALTDORFFIVM fuit vicus, olim ad Praefecturam Imperialem Norici agri pertinens; deinde ad Comites Nassovienfes pervenit, qui illum muro cinxerunt, postea à Iohanne Nassovico an. 1360. Alberto Burggravio divenditum. Fridericus V. Burggrafius, Iohannis II. a Ludovico Bavaro Imperatore in Marchia Brandenburgica, als *Stadt halter* constituti, filius, sua filia Swentiboro Duci Pomerianae in matrimonium collocata, Altdorffium in hunc suum generum an. 1390. transtulit, a quo Rupertus Iunior Comes Palatinus titulo Emr. Vendit. acquisivit, et an. 1504. demum Norimbergensibus cessit.

(o) LAVFF, antea vicus, postea oppidum, pristinis temporibus, Nobilibus a Lauff, ex genere Wildensteiniolorum oriundis, inter quos Hippold, an. 1277. Imperialis aulae Minister erat, deinde Nobilibus a Schluselberg paruit, et Anno 1357. Carolo IV. Imperatori, quem multa loca, emtionis vel alio titulo, regno Bohemico adiecit, eiusque incrementum, teste AEN. SYLVIO Hist. Boh. c. 33. quaesivisse, notum est, a Rupertis seniore et iuniore, Palatinis Ducibus, sine dubio dictorum Nobilium possessorum tanquam Vasallorum, Dominis directis, venditum, nec multo post sub lege reluendi Burggrafius Norimbergensibus oppignoratam, et demum, beneficiaria clientela Regni Bohemici affectum, ad Palatinos Duces reverterum



(q) *Bezenstein, Stierberg* (r) *Velden* et alia loca,  
cum bellum inter Albertum IV. Ducem Bavariae et Ru-  
per-

versum, atque hoc sub nexu, potestati Reipublicae Noricae  
subiectum est. In arce oppidi a tergo saxea imago, quae  
cum scuto typo Coronae Bohemicae insignito sese intuen-  
dam exhibet, Wenceslai esse perhibetur.

(p) **HERSPRVCK**, (de quo vid. **CHRONICON GOTTWICENSE**  
Lib. IV. c. 2. p. 716. ubi sequentia leguntur: „*Haderiches-*  
„*brucca* in pago *Nortgome*. In Diplomate Henrici IV.  
„Imper. de Ann. 1052. in Codice Vdalrici Episcopi Ba-  
„*benbergensis* apud D. Eccard. Tom. II. Corpor. Historic.  
„med. aevi. p. 88. quem locum Ditmarus Lib. 5. p. 372.  
„*Hatberesburg* nominat: hodie *Hersbruck* ad fluv. Pega-  
„*nizam*, haud procul ab urbe *Norinberga*) antea vicus,  
postea oppidum, praefecturae Imperiali pristinis tempo-  
ribus suberat: Incertum est, quo tempore Duces Pala-  
tini dominium huius loci acquisiverint. An. 1355. Au-  
gustissimus Carolus IV. a Palatinis Ducibus oppidum et  
ad illud pertinentes vicos et pagos emerat, Regnoque Bo-  
hemico adiunxerat; postea vero, cum hic Imperator a  
Ludovici Bavarici Imperatoris antecessoris filiis, Electo-  
ratum Brandenburgicum pretio 200000. florenorum sibi  
comparavit, quadam huius summae parte tantummodo so-  
luta, quoad residuum, ut ab uno et altero scriptore me-  
moriae traditum est, *Herspruck* supra dictum, *Lauff*,  
*Reicheneck*, *Sulzbach*, *Rosenberg*, Ducibus Palatinis  
oppignoravit; et inde Praefectura *Herspruccensis*, ad ditio-  
nem Noricam devoluta, nexu feudali Regno Bohemico  
obstricta mansit.

(q) **BEZENSTEIN** et adiacens Castrum **STIERBERG**, pristinis  
temporibus quorundam Nobilium sedes erant. Saepe alte-  
fatus Carolus IV. eorum locorum dominium postea na-  
tus est, et in feudum, ut probabile est, Landgraviis  
*Leuchtenbergensibus* tradidit, a quibus oppidum *Bezen-*  
*stein*

pertum, Philippi, Ingenui appellati, Electoris Palatini, filium, Georgii Divitis, Ducis Bavariae, Lineae Landshutianae generum, atque a suo focero haeredem institutum, ob successione[m], exarsisset; Norimbergensibus, qui ex commissione et iussu Maximiliani Rom. Regis, ea occupaverant, in satisfactionem expensarum sumtuumque militarium, Anno 1504. tradita sunt; quae iidem post id temporis, castro Heimburg, eiusque pertinentiis, coenobio Gnadenberg, aliisque locis, nempe Rattelshofen, Traunfeld, Gerbelshofen, Reichelshofen, Neuhofen restitutis, et certo quodam auri pondere numerato, mediantibus aliis pactis et transactionibus retinuerunt; atque sic iisdem iuribus ac regalibus, quibus à Serenissimis Palatinis ac Bavariae Ducibus possessa sunt, possident, ac, in certis, in tabulis transactionis definitis districtibus, ius vendendi criminalemque iurisdictionem exercent.

Ab his Praefecturis, castris et pertinentiis, quae, excepto Altdorffio, feudali regni Bohemici clientelae subsunt, ad alias, quae alio titulo ditioni Noricae accreverunt, pedem promovemus. Inter quas iterum quae-

stein et Castrum Stierberg ad Palatinos Duces transferunt, et deinde porro Noricae ditionis facta fuerunt.

- (r) VELDEN, antea Vicus, postea oppidum, cum duodecim vicis ad praefecturam Imperialem spectabat, et pariter Dominium directum Coronae Bohemicae agnoscit. Ad hanc praefecturam Veldensem accessit Castrum antiquum Hau-seck cum suis pertinentiis; quod primum Nobiles de Wolffstein, post eos, Bezios, denique Halleros, habuit possessores. An. 1507. vero ab Iodoco Hallero, Domino et venditore, Reipublicae Norimbergensi traditum est, cum iure altum et inferius bannum ferinum, nec minus iurisdictionem criminalem in arce exercendi.

quaedam occurrunt, quae clientelares Regni Bohemici se se exhibent, ut sequentes:

(s) *Graevenbergensis*, cuius oppidum, quousque fines eius se extendunt, iure gladii sive iurisdictione criminali, quae a Corona Bohemica recognosci debet, praeditum, banno ferino minori, et quidem in suo fundo et confiniis, gaudet, nec uno eodemque tempore, potestatem Reipublicae Norimbergensis subierat; tertia enim pars an. 1536. à Wolffgango Holzschuero, altera tertia pars an. 1542 à Wolffgango Koezelio, et reliqua tertia an. 1548 à Georgii Koezelii relictis liberis, emtionis iure ad Rempublicam transit.

C 2

(t) *Rei-*

(s) **GRÆVENBERG**, antea vicus, cum castro coniunctus, a Nobilibus, qui se Graven et etiam Wolfsberga Castello vocabant, possidebatur. Conradi de Wolfsberg, qui circa annum 1330. vixisse creditur, filia, Bertholdo Hallerò nupsit, qui castrum et vicum Coronae Bohemicae in feudum masculinum an. 1370. hac conditione, in literis Investiturae etiam adiecta, obrulit, ut si Vasallus Haller sine testamento decederet, feudum ad proximos haeredes, filios filiasque devolveretur; id quod in sententia Regiae Curiae feudalis, in Causa, inter Wolffgangum Koezelium et Gabrielem Helchnerum controversa, lata, expressis verbis denotabatur. Hoc enim feudum oblatum apud familiam Hallerianam per longum temporis spatium mansit, sed postea, plerumque per nuptias filiarum Hallerianarum earumque posteris, ad alias familias transit. Quanquam autem Graevenberg sit feudum Bohemicum, aliqua tamen bona immixta allodialia manserunt; id quod ex Instrumentis emtionis venditionis, inter venditores et Rempublicam Noricam initae, confectis, apparet.

(t) *Reicheneck et Hobenstein*, duo Castella, feuda Bohemica, ab Alberto et Wolffgango, duobus fratribus Ducibusque Bavariae an. 1505, cum pertinentibus locis et omni iure territorii, quemadmodum id à Duce Bavariae Georgio Lineae Landshutianae antea exercitum fuerat, vendita, ad ditionem Noricam accessere; Et Bannum ferinum quoque à Corona Bohemica feudum recognoscitur. Hoc autem peculiare est, quod alta Iurisdicctio, à Praefectura Reicheneccensi antea exercita, (quae Praefectura nunc inferiori tantum gaudet,) ad Praefecturam Herspruccensem spectet.

(u) Castrum et vicus *Hilpoltstein*, antea A. 1503. Reipublicae Norimbergensi oppignoratum, postea proprium

(t) REICHENECK, Castrum cum vico, seculo decimo tertio a Comitibus de Hohenburg, ut ferunt, ad gentem Schenckianam, quae postea titulum à Reicheneck adsumpsit, pervenit; sed ab illis Nobilibus, non per longum tempus possessum, ad Duces Bavaricos translatum est, a quibus Carolus IV. sibi traditum, Ludovici Bavarici, antea demortui Imperatoris filii, titulo oppignorationis, iterum tanquam feudum concessit; quod tanquam subfeudum ad alias familias, Thannianam, Abspergianam, Truchsessianam, Egloffsteinensem et Schenckianam a Geyern transiit, et ab hac ultima ad Serenissimam Domum Bavaricam rediit. HOHENSTEIN, quod pristinis temporibus ad Imperii praefecturas pertinuit, ferme idem fatum subiit, et diversos Nobiles habuit possessores; postea regno Bohemico adiectum, et tanquam feudum Ducibus Bavaricis concessum erat.

(u) HILPOLTSTEIN, pristinis temporibus Duces Bavaricos et Palatinos agnoscebat Dominos suos, quod Carolus IV. Ao. 1353. a Kuperto, Palatino Electore, ut plerumque credi-

prium (feudali tamen nexu manente; itemque Castrum Wildenfels, quo Conradus et Fridericus à Peleken A. 1511 lege venditionis se se abdicarunt;) factum est.

In ambitu hactenus recensitarum Praefectarum, quae coronae Bohemicae clientelari professione et Sacramento tenentur, multa loca, quae partim ad praefecturas, tanquam appertinentia, partim ad certas familias nobiles Norimbergenses, nonnulla iure feudali, quaedam iure allodiali possidentes, spectant, sita sunt.

## §. XII.

Nunc progrediendum est ad duas alias Praefecturas *Vterior Continuatio.*  
(w) *Lichtenaviensem* et *Engeltaliensem*. Nexu feudali

C 3

non

creditor, mercatus, postea ad familiam Seckendorffianam oppignoratam transtulit. Sequenti autem tempore Buotha de Riefenberg redemit, et, consentiente Rege Bohemiae Vladislao, Reipublicae Norimbergensi oppignoravit. Deinde conventum erat, ut nemo nisi Rex Bohemiae hoc Castrum redimere possit. Vteriori temporis decursu usu venit, ut, nullo iure reluendi amplius exercito, hic terrae districtus in perpetua Reipublicae possessione maneret. A Castro WILDENFELS, quod ad Praefecturam Hilpoltsteinensem nunc pertinet, Nobiles, qui hoc olim possederant, modo de Wildenstein, modo de Wildenfels se se appellabant; postea ad Lentersheimenses, et deinde ad Pelekenenses, pervenit.

(w) Cum Civitas Norimberga Castrum LICHTENAV cum appertinentiis et villis emtione sibi acquisivisset; An. 1407. multa praedia, Castro Lichtenau annexa, praefectis Curiae Elemosinariae, quae das Reiche Allmosen Amt vocabatur, vendidit, sed eo pacto, ut Iurisdictioni Castri Lich-

non affectum est castrum cum vico Lichtenau: A Friderico de Haydeck, consentientibus uxore Beatrice ex familia Tekiana orta, et Iohanne filio, et Iohanne de Haydeck, antistite cathedralis collegii Bambergensis, civitati Norimbergae, cum praediis appertinentiisque (tribus fundis, in pago Immelsdorff sitis, et fundo Streithof, antea praedicto filio ad suum Castrum Vestenberg adiectis, exceptis) An. 1406. venditum erat.

(x) Locus *Engelthal* erat coenobium virginum monialium. Anno 1565. quo lux veritatis Evangelicae magis magisque radios suos undiquaque spargebat, Anna  
ex

Lichtenau subiecta manerent; An. 1409. Henricum Rumelium Civem Noricum, emtorem Castri et trium villarum, Malmersdorf, Ruzendorf et Langenlohe, hac lege obstrinxit, ut ad nullum alium, nisi Civem Noricum, sub quocunque titulo transferri possent, et Ius aperturae semper Reipublicae integrum maneret. Ao. 1472. a Francisco Rumelio, Castrum cum villis Malmersdorf et Ruzendorf, Praefectis eiusdem Curiae Elemosinariae venit, sed idem postea immediate dominium Reipublicae iterum subiit.

(x) MONASTERIVM ENGELTHALENSE, ab Vlrico a Koenigstein, Ministeriali Imperii, et Adelheit eius uxore ex familia Hochstettiana orta, An. 1344. fundatum, et a suis fundatoribus, et, successu temporis, a multis aliis Nobilibus, multis praediis ditatum, in quo virgines sacrae secundum regulas S. Augustini vivere tenebantur, ad Dioccesin Episcopatus Eichstettensis pertinuit. Hoc coenobium saepius Romanorum Imperatorum singulari protectione et aliis libertatibus ac immunitatibus, a Palatinis et Proceribus Imperii concessis, gavisum est. Postea ius protectionis Civitati Norimbergensi acquisitum et ab Imperatore Maximiliano I. confirmatum est.

ex Familia illustri Tucheriana, quae tunc temporis Praefes coenobii erat, et Vrfula Zessia, Conventualis, reliquis monialibus defunctis, et aliis non succedentibus, coram Praefecto et Senatu oppidi Herspruccensis, quibusdam emolumentis, ad commodam vitae sustentationem sufficientibus, usque ad mortem reservatis, declarabant, se in potestatem Magistratus Norici coenobium cum praediis et omnibus appertinentiis translatum velle. Quae translatio etiam suum effectum sortita est.

## §. XIII.

Praeter ea castra, quae plerumque muris cincta conditionem oppidorum acceperunt, et multa alia loca eis annexa, quae Praefecturas Norimbergenses constituunt, nonnulla bona quae acceperunt, notanda veniunt, quorum cura et iurium conservatio Curiae Provinciali incumbit. Inter quae alia sunt feuda Imperii, alia vero tanquam allodialia possidentur, et aliis in feudum conceduntur.

*Praeter loca Praefecturis annexa, alia bona, partim feudalia, partim allodialia, curae Provincialis Dicastrii commissa sunt.*

## §. XIV.

Imperii feuda sunt (y) subsequencia: Feuda *Vestenbergensia*, quae antiqua familia Vestenbergensis in possessione tenuerat: Post eius extinctionem, ea feuda Civitati Norimbergensi, literis expectativis iam An. 1624. ab

*Feuda Imperii.*

(y) Haec feuda sunt masculina, nempe Vestenbergensia, Koleriana, Fezeriana et Peifferiana; et quod ad Peifferiana in specie attinet, cum totus Senatus Noricus, qui nunquam moritur, investitus est, tantummodo, mutatione supremi Imperii feudorum Domini contingente, recognoscuntur.

ab Imperatore Ferdinando II. glor. memor. impetratis, An. 1687. cesserunt.

Feuda *Koleriana*, post fata Georgii Seyfridi Koleri, ultimi suae gentilitiae stirpis, a Comitibus Oettingensibus, quibus expectatio huius beneficii Imperii clientelaris concessa erat, cum illorum voluntate, clementissima Supremi Imperii Capitis concessione subsecuta, ad Rempublicam An. 1689. translata sunt.

Ita Feuda *Peifferiana* (aa) An. 1657. a Davide Peiffero, qui Dominum de Meis-gefes se appellavit, Augustissimi suffragio accedente, eodemque modo feuda *Fezeriana* Anno 1694. a Christophoro Martino Fezero, comparata sunt.

## §. XV.

(aa) Haec feuda, quibus postea nomen Peifferianorum impositum erat, a linea quadam nobilissimae stirpis Wildensteinensis ante possessa, post obitum Alexandri à Wildenstein improlis, ad Albertum Golzmannum Burggrafium Rothenbergensem, qui ea, ab Augustissimo Maximiliano I. An. 1505. investitus, impetravit, eiusque familiam devoluta, Iohanne Friderico Golzmanno autem sine liberis et feudalibus haeredibus defuncto, ad Davidem Peifferum, Cancellarium Electoris Saxoniae, forsan Christiani II. ab Imperatore Rudolpho II. expectativis literis munitum, transierunt; tandem ab illo Peiffero, qui vitam coelibem egit, et etiam munere Scholastici in Würzenfi Canonorum Collegio functus est, cum voluntate Metfchenorum, sub Imperio Augustissimi Caesaris Ferdinandi III. in consortium Investiturae assumtorum, clementissimo gloriosissimi Imperatoris Leopoldi I. consensu obtento, Reipublicae Norimbergensi, An. 1658. vendita fuerant.



## §. XV.

Cum quaedam praedia, ad castra et oppida acquisita pertinentia, nomine feudorum speciatim adhuc insigniuntur; ea, quatenus annexa Praefecturis, quae Curiam Coronae Bohemicae feudalem Iure Vassallagii colunt, tanquam feudalia, alia vero, maximam partem, tanquam emphytevtica, aliis conceduntur.

Ita feuda Reicheneckiana, quae sunt masculina, cum castro *Reicheneck*, item feuda Burgensia, ut appellantur **Burg-Lehen**, quae mixti generis, et successionem foeminarum admittunt, cum Castro et oppido *Lauff*, nec minus feuda Hohensteinensia, etiam mixta, cum Castro *Hohenstein* acquisita, aliis tanquam feuda dantur.

## §. XVI.

Feudorum nomine veniunt quoque alia bona, quae Civitas Norimbergensis, utut allodialia, acquisivit, sed aliis iterum sub feudali nexu concessit, ut *(bb)* bona quae ad Herspruccensem Praeposituram pertinuerunt, *(cc)* Rindsmaulia, Struppergeriana, Thurneriana, Durigiana, Halleriana, Marschalliana; quorum duo ultima, *Allodialia, quae in feuda conceduntur.*

D

atque

*(bb)* Antiquis temporibus erat Hersprucci Praepositura, quae a Bergensi Coenobio Monialium, ad Danubium in Ducatu Neoburgico sito, dependebat, cuius bona Otto, Henricus et Philippus; Comites Palatini Rheni, permutatione cum Abbatissa dicti Coenobii facta, acquisiverunt, et Civitati Norimbergensi cesserunt.

*(cc)* Quae omnia a priscis possessoribus suis, antiquitate generis illustribus, nomina retinuerunt.

atque etiam maximam partem Durrigiana, tantummodo  
mares admittunt; a reliquis foeminae non excluduntur.

## §. XVII.

Duo feuda singulari indole affecta, notantur.

Nec alia duo feuda silentio sunt praetermittenda, quae, quia nec in censum Imperii feudorum nec Bohemicorum veniunt, sed tamen non pure iure allodialium gaudent, ad priores classes referri nequeunt: Feuda nimirum (*dd*) *Breitensteinensia*, in quibus obtinet masculina successio, quae ab Adamo et Sebastiano Dominis a Breitenstein vendita, Noricae Civitati accreverunt: et (*ee*) *Hegneriana*, a Christophoro Hegnero, Praefecto in Pfaffenhofen superioris Palatinatus, quondam possessa.

CAP.

(*dd*) Feudorum Breitensteinensium duae sunt species: altera consistit in propriis, non alium dominum directum, nisi Magistratum Norimbergensem, recognoscentibus: altera ab Episcopatus Spirensis Curia feudali nexu clientelae dependet, Seniore familiae Imhofianae partes Vasalli Vicarii (*eines Lehenträgers*) sustinente, qui, mutationibus contingentibus, renovationem investiturae quaerit.

(*ee*) Hegneriana feuda a Dominis et Comitibus de Wolfstein recognoscuntur, et sunt e genere feudorum Wolfsteinianorum, quae dicuntur *Helm-Lehen*, sive feuda galeata, de quibus vid. Exc. Dn. IOH. DAV. KOELER in Histor. Genealog. Dnn. et Comit. de Wolfstein. Cap. II. §. 8. ubi in not. 7. p. 277. sequentia addit:

Propter domos fundosque Hegnerianos, in oppido agroque Altorfino sitos, ac Wolfsteiniiis feudales, ab illustri Magistratu Norimbergensi, substituitur, pro accipienda investitura, Praefectus Altorfinus temporarius, qui semper in Curia feudali comparet, simulque,  
inve-

## CAP. III.

DE IVRIBVS ET ACTIBVS SVPERIORI-  
TATIS TERRITORIALIS, QVAE ET QVI  
A CVRIA PROVINCIALI EXERCENTVR.

## §. XVIII.

**E**X his quae in proxime praecedenti Capite protulimus, unicuique facillime patebit, diversos districtus Reipublicae Norimbergensi parere: Hanc in eis iura Superioritatis Territorialis exercere, nemo, nisi qui ad radios solares coecutit, in dubium vocare potest; quanquam non parva pars Praefectarum Norimbergensium Curiam feudalem Regni Bohemici veneratur, et venerari amat. Haec veneratio non magis, quam recognitio aliorum Imperii feudorum, nocet; quò minus illis, qui alias certis requisitis ornati sunt et feuda Bohemica tenent, exercitium iurium superioritatis competat. Nec latet, curiam feudalem Bohemicam, copia eorum, quos clientelari nexu devinctos tenet, amplissimam atque celeberrimam esse: Inter quos quatuor Principes Electores, sex Principes Episcopi, quatuor Duces, tres Marchiones et Land-

D 2

gravii,

inveterato ex more, Domino feudorum offert sclopetum venatorium, sive eine Pürsch Büchsen.

Cum illustrissima haec familia anno MDCCXL. extincta sit cum Dom. Christiano Alberto, Comite de Wolfstein, Domino in Sulzbürg et Pyrbaum etc. neque adhuc decisa lis de eo, quid spectet ad feuda Imperii masculina, vel ad Allodium, super qua re contendunt Serenissimus Elector Bavariae cum Illustrissimis heredibus ab intestato; ab utraque parte, casu contingente, interim petitur investiturae renovatio.

gravii, tres Principes, Comites quatuordecim numerantur; quem numerum non pauci Abbates et Praelati, Civitates et Vasalli Imperii alii (*ff*) augent.

## §. XIX.

*Unus vel alter  
actus in alieno  
Territorio non  
acquirat ex-  
ercenti Superio-  
ritatem Terri-  
torialem,*

Quia autem Superioritas Territorialis per actus se (*gg*) manifestare debet, subinde isti, si exercendi veniunt, in Territorio Norico ante omnium oculos fiuntur. Non quidem dubio caret, quin quidam actus, per quos alii suam superioritatem territorialem probatam dare volunt, non statim inter argumenta, quae iura territorii evincant, referri possint. Doctrina de Signis Superioritatis Territorialis indicandis, multo intricatis quaestionibus (*hb*) involuta est; nec enim huius vel illius iuris cuidam in alterius in alieno territorio competentis, exercitium, plenum ius, superioritatem territorialem sibi afferendi, impertiri potest. Quot et qualia iura, quot et quales actus ad probationem iuris territorialis adornandam requirantur, KNICHER (*ii*) explicare allaborat.

## §. XX.

*Multitudo iu-  
rium sublimio-  
rum ponit Su-  
perioritatem  
Territorialem.*

Non autem negari potest, ei, qui complexu multorum iurium, ex quorum nonnullis iam superioritas territorialis cognosci possit, gaudet, hanc adscribi debere:

(*ff*) GOLDAST. de Reg. Boh. L. I. c. 17. n. 10. p. 103.

(*gg*) KIRCHOV. tom. I. conf. 8. n. 28. ANDLER. Iurispr. Publ. et Priv. L. I. t. 10. n. 9. KLOCK. tom. I. Conf. 29. n. 628.

(*hb*) Dn. CHR. CAR. GRUNDHERRI sub Praef. Exc. et Consultiff. D. IOH. HEVMANNI habita diff. de Charact. Superior. Territ. caute designandis.

(*ii*) de Iure Territ. c. 3.

re: Plurima enim eminentiora iura, quae ad Superioritatem referuntur, (kk) ponunt et evincunt Superioritatem Territorialem, quae tanquam causa illorum sublimiorum iurum considerari potest. Quia hic de Praefecturis, ad Rempublicam Norimbergensem pertinentibus, agendi mihi copiam feci; iura, quae in eis vi Superioritatis exercentur, non intacta relinquere possum. Superioritas vero Territorialis non tantum vim suam in <sup>Superioritas Territorialis non tantum in</sup> Causis Secularibus, sed praecipue apud Status Imperii, Augustanae Confessioni addictos, in Causis Ecclesiasticis <sup>exercitio Causarum Secularium, sed et Ecclesiasticarum, praecipue apud Protestantibus, consistit.</sup> sese exerit. In Territoriis Protestantium, iura circa saera, antea potestati civili adempta, post Reformationem Dominis territorialibus (ll) asserta et restituta, immo firmitiori vinculo, iure postliminii, in INSTRUMENTO PACIFICATIONIS WESTPHALICAE, (mm) addicta sunt.

§. XXI.

Quae inde iura sacrorum ab aliis Dominis Territorialibus in suis ditionibus, ubi nulla alia observantia, dictae Pacificationi innixa, vel conventio obstat, exercentur, ea quoque in Praefecturis, ut aliis Districtibus ditionis Noricae, in actum deducuntur, et relatio negotiorum, ibi obvenientium, quae iura sacrorum tangere possunt, Curiae Provinciali primo insinuat, deinde ea <sup>Causae ad Statum Ecclesiasticum pertinentes, et in Praefecturis obvenientes, primo Curiae Provinciali referuntur, et deinde Senatui proponuntur.</sup> Senatui deliberanda ac concludenda proponuntur.

D 3

Non

(kk) vid. SCHÜTZ. in coll. iur. Vol. I. Disp. 9. Th. 9. Lit. B. MEICHSEN. in Dec. Cam. Tom. 2. Lib. I. Dec. 9. n. 11.

(ll) TRANSACTIO PASSAV. An. 1552. et Pax Relig. An. 1555. §. damit auch 2c.

(mm) Art. V. §. 48.

Non silentio hic praetereundem est, quod iam Anno 1528. Curia Provincialis cum Dominis Deputatis deſ Land, Almoſen Amts, ex pacto, viſitationem Parochiarum, tam earum, quae, alibi ſitae, horum curae demandatae erant, quam Praefectarum, ſimul inſtituerit.

## §. XXII.

*Electio Miniſtrorum Eccleſiae aliter in antiqua Eccleſia ſe habuit ac hodie.*

Multum vero intereſt, ut Miniſtri Eccleſiae, idonei, qui integram vitam colunt, et munere rite fungi poſſunt, eligantur. Inde in primitiva eccleſia et praxi obtinebat, ut toti coetui, idoneos miniſtros eligendi et vocandi ius (*nn*) adſcriberetur, quod ſucceſſu temporis ab aliis membris eccleſiae, et, hierarchia ſtabilita, a clero, iure patronatus ei, qui hoc gaudet, in patronatis eccleſiis, relicto, occupatum eſt. Cum, ſecundum Pontificiorum dogmata, conſtitutio et ordinatio Sacerdotum, ad functiones iuris epiſcopalis pertineat; apud Proteſtantes, poteſtas ordinandi alios Miniſtros, qui ad quandam Eccleſiam vocati ſunt, Primariis Antitiſtibus vel Superintendentibus, ut appellantur, aſſignatur; ſed ipſa electio et vocatio, niſi eius ab antiquo tempore, vel per conventionem vel conſenſum, populus particeps factus fuerit, reſidet apud illum vel illos, cui et quibus τὸ κῆρος in Republica competit vel conceditur eſt.

## §. XXIII.

*In quibus Parochiis Praefectarum duo Miniſtri*

Ad curam Per- illuſtrium Dominorum Provincialium non tantum Parochiae Praefectarum, ſed etiam loco-

(*nn*) ZIEGLER de Epiſcop. L. 2. c. 1. §. 5. ſeq. BOEHM. I. Prot. Eccleſ. ad Tit. de Elect. et Elect. poteſt. §. 2. et ſeqq.

locorum aliorum, pertinent. In quibusdam Praefecturis, nimirum Herfpruccensi, unus Pastor et duo Diaconi, quorum uterque sacras functiones in Ecclesia Altenfittenbacensi eius filiali, obire debet; Altdorfsiensi itidem, unus Pastor et duo Diaconi, qui tres plerumque dignitate et munere Publicorum Doctorum ornati, dogmata coelestia, iuventuti sacris initiandae tradunt; Lauffensi tantummodo unus Pastor et unus Diaconus, totidemque Veldensi; Engelthaliensi autem, Bezensteiniensi, Lichtenaviensi, Graevenbergensi et Hilpoltsteiniensi, singuli Parochi, constituuntur.

*nempe Pastor et Diaconus, et in quibus unus tantummodo, constituuntur.*

## §. XXIV.

Omnes, qui in modo dictis Ecclesiis vel Parochiis Pastores vel Diaconi fieri cupiunt, cum exhibitione supplicum libellorum, Curiam Provinciale adire; atque ibi etiam Candidati Ministerii Ecclesiastici, qui ad Parochiam obtinendam adspirant, in Praesentia Venerabilium Antistitum Ecclesiarum Civitatis Norimbergenfis, eorum vires periclitantium et explorantium, si susceptio examinationis necessaria videtur, rationes suae vitae, doctrinae et eruditionis reddere debent.

*Candidati, qui Parochi fieri volunt, examinationem doctrinae atque eruditionis subire debent.*

## §. XXV.

Eodem modo illi, qui aliis Parochiis Dominorum Provincialium curae commissis, tanquam Parochi admodum volunt, se se gerere debent. Eiusmodi Parochiae in aliis vicis sitae, sunt Pommelsbrunnensis, Kirchenfittenbachensis, cui posteriori, Pastor et Diaconus, qui simul Pastor est Ecclesiae Oberncrumbacensis, praeficiuntur,

*Aliis etiam locis Parochi a Curia Provinciali praeficiuntur.*

tur, Allfeldensis, Raschenfis, Leimburgensis, Rückersdorffensis, Gräbernenfis in Walckersbrunn, Offenhausensis, Endenbergensis, Happurgensis, Förrenbachensis, Immeldorffensis, Moegeldorffensis, Feuchtenfis, Fischbaccensis, Roetenbachensis ad St. Wolffgangum.

## §. XXVI.

*Tres Parochiae  
ob suas singula-  
res affectiones  
notantur.*

Quaedam Parochiae quasdam peculiare habent affectiones, ut Parochia (00) Ottensofenfis; cuius ecclesia, ad Divum Viti appellata, et Parocho temporalis possessio et installatio, a Ganerbiatu Rothenbergensis, nunc castri a Serenissimo Possessore eiusdem, confertur. Ob Parochiam Kornburgensem, cui quidem a Curia Provinciali Parochus praeficitur, cum Domo Serenissima Brandenburg - Onoldina A. 1653. certae transactionis leges initae fuerunt. In Parochia Ezelvvangensi, Curia Provincialis iure praesentandi pollet: De Praesentatione novi Candidati, in locum vacuefactum surrogandi, Serenissima Palatino - Sulzbaccensis Domus, nec non Domini de Brand in Neidstein, tanquam provifores Ecclesiae, legitimo tempore certiores fieri debent.

## §. XXVII.

*In Parochiis, in  
quibus die Eigen-  
herren ius  
Patronatus ha-*

Nonnullae Parochiae sunt, ubi Ius Patronatus ad Dominos praediorum nobilium, qui Eigenherren dicuntur, spectat.

(00) Antiquo tempore Monasterium Engelthaliense in Parochia Ottensofenfi, quae erat filia Parochiae Offenhausensis, iure vocandi ac praesentandi gaudebat; et hodierno tempore, ecclesiastica possessio Pastori Ottensofenfi a Magistratu, cui vocatio et praesentatio competit, per Curiam Provinciale confertur.



spectat, sed iurisdictio Ecclesiastica a Curia Provinciali, <sup>bent, iurisdictio Ecclesiastica a Curia Provin-</sup> nomine Perillustris Magistratus Norimbergensis, ibi exercetur. Quas omnes, numero plures, recensere supervacua- <sup>ctali exercetur</sup> neum arbitramur.

## §. XXVIII.

Vt Ius Patronatus pleniorum effectum apud Aug. <sup>Ius Patronatus apud Prote-</sup> Confess. addictos, quam apud illos, qui Romana do- <sup>stantes plenas</sup> gmata amplectuntur, post se trahit, siquidem apud hos <sup>est, quam apud Catholicos;</sup> collatio atque vocatio ad officia sacra patronis (*pp*) non <sup>ordinarie ta-</sup> indulgetur; ita, quanquam apud Protestantes quando- <sup>men non com-</sup> que etiam ius vocandi (*qq*) Patronis negetur, in Re- <sup>prebendit, quod ad Ius Episco-</sup> publica Norimbergensi tamen nominatio, vocatio atque <sup>pale refertur.</sup> praesentatio Patronis restricta relinquitur: Caetera vero, quae vulgo ad Ius Episcopale referuntur, summa in Re- publica potestas sibi asserit.

Nec autem inficiandum est, fieri etiam posse, ut Patroni Ecclesiarum, tanquam mediatae personae, quamdam particulam iuris episcopalis, quod quidem a Iure Sacrorum (*rr*) differt, per praescriptionem vel conventionem sibi (*ss*) acquirere possint.

## E

## §. XXIX.

- (*pp*) C. 31. X. de iure Patr. ubi, vi iuris Patronatus, non concessio seu collatio, sed praesentatio ad Patronum pertinet.
- (*qq*) CARPZOV. L. I. Iurisprud. Consist. def. 29. n. 13. SCHILTER L. I. Inst. Iur. Canon. §. 11.
- (*rr*) B. Dn. D. LINCK. de Iure Episc. C. I. n. 65. et tot. cap. ult.
- (*ss*) KLOK. Vol. III. Conf. 146. per tot. maxime vero n. 48. 49. et 62. L. B. de LYNCKER Responf. 74. n. 10. 14.

## §. XXIX.

*Indicatur, cur Domini Provinciales curam rerum et Personarum Ecclesiasticarum sibi concreditam habeant.*

Cur autem Dominis Provincialibus cura rerum et personarum Ecclesiasticarum, in Praefecturis speciatim demandata sit, sine dubio haec ratio subest, quia, ope Praefectarum, facilliori negotio notitia de vita atque doctrina Pastorum haberi potest; qua Domini Scholarchae, Ecclesiarum Norimbergensium Curatores, carerent: Inde etiam in Praefecturis iurisdictionem Ecclesiasticam non exercent.

## §. XXX.

*A decisione causarum matrimonialium Curia Provincialis abstinet.*

Quod vero ad Causas Matrimoniales, quae vulgo ad Ecclesiasticas referuntur, attinet, eae in Curia Provinciali non dirimuntur, sed, statu causarum nonnunquam ante delibato, ad Iudicium Praetorianum (quod tamen a casibus dispensationum, in matrimonio contrahendo obvenientibus, immediate ad Per-illustrem Senatam referendis, merito abstinet) ad plenam cognitionem et decisionem remittuntur. Hoc enim in Republica Norimbergensi singulare est, quod nullum Consistorium tempore Reformationis erectum sit; quamvis eo tempore alii Status Imperii, erectionem Consistoriorum, quibus Theologi cum Ictis praeficiantur, et Causae Ecclesiasticae cognoscendae atque decidendae relinquuntur, necessariam esse duxerint: Id quod sigillatim ex formula reformationis, a Theologis Wittenbergensibus, iussu Electoris Saxoniae, concepta, et a SECKENDORFIO in Historia Lutheranismi relata, (tt) apparet. Sed

(tt) Lib. III. §. 119. n. 4. et seqq. ubi inter alia: Ac primum sciunt omnes, negotii coniugii magnam partem esse vitae

Sed quia ordinatio cuiuslibet Dicasterii, nec minus Consistorii, a vi Superioritatis Territorialis quam maxime dependet, nec mediatis iurisdictione ecclesiastica, neque ius consistorium constituendi, nisi hoc illis specialiter (*uu*) concessum, vel immemorialis temporis praescriptione (*ww*) acquisitum sit, adscribitur, in libero arbitrio Senatus Norimbergensis, constitutionem Consistorii intermittere, et cognitionem Caularum, quae alias ad Consistorium trahi solent, ad aliud Tribunal referre, positum fuerat.

## §. XXXI.

Ratio autem, cur Curia Provincialis, decisioni causarum matrimonialium civium ac subditorum, sub Praefecturis degentium, se non immisceat, sed ad Iudicium Vrbanum remittat, inde, ni fallor, petenda est, quod, cum hoc, quandam Consistorii speciem in causis matrimonialibus prae se ferat, et causis tam ecclesiasticis quam civilibus, matrimoniales accenferi debeant, remissio earum ad Iudicium Vrbanum necessaria visa fuerit. Sed, cur actus iuramentorum, quae una vel altera pars, vel testes a litigantibus producti, praestare debent, ad Iudicium Vrbanum quoque remittantur, non liquet: Quamvis enim, aequae

*Ratio probabilis redditur.*

*Cur praestatio iuramentorum ad Iudicium Vrbanum remittatur, non patet.*

E 2

tae humanae, et incidere tam multas et tam varias controversias, ut ad cognitionem negotiorum coniugalium sit opus peculiari iudicio, etc. et porro: Ideo necesse est, in locis certis, opportunis, praecipuis, ad quae accedere homines sine magnis sumptibus possunt, in Dioecesibus Consistoria constituere, quae cognoscant et diiudicent controversias matrimoniales Christianis sententiis etc.

(*uu*) MEV. P. 3. Dec. I 14. BRVNEM. L. III. iur. Eccl. c. 1. §. 4. L. B. de LYNCKER Resp. 18. n. 10.

(*ww*) BOEHM. iur. Eccl. Prot. L. I. tit. 38. n. 39.

secundum Ius Canonicum, iuramenta ad Causas Ecclesiasticas (xx) referantur, atque hæc, in Iudicio Urbano, in omnibus causis ibi ventilatis, necessitate postulante, præstari debeant; præstationem tamen iuramentorum, non solum in primis Instantiis Præfecturarum, sed etiam in Iudicio Inferiori Norico, quod vulgo das *Unter Gericht* vocatur, et ad cognitionem decisionemque causarum, summam centum et quinquaginta florenorum non excedentium, tantum restrictum est, exigi posse et fieri debere, nunc sola experientia loquente, nullum dubium superest.

## §. XXXII.

*Exercitium  
Iuris Sacro-  
rum argumen-  
tum est Superi-  
oritatis Terri-  
torialis Pro-  
testantium.*

Cum exercitium iuris sacrorum, quod in districtibus conditionis Noricæ obtinet, nulli alii, quam Reipublicæ Norimbergensi debeatur, et summæ in ea potestati, quæ Superioritatem Territorialem apud Protestantes manifestò arguit (yy) acceptum feratur; non ambigi (zz) potest, quin Reipublicæ Norimbergensi, iam ex hoc exercitio iuris Sacrorum, Superioritas Territorialis attribuenda veniat.

## §. XXXIII.

- (xx) C. 13. X. de Iudiciis. c. 3. de for. comp. in 6to.  
 (yy) BECMAN. Medit. Polit. L. I. c. 13. et seqq. CONRING de Mai. Civ. aut. circa sacra Th. 10. et seqq. STRYK in addit. ad Brunnem. Ius Eccl. L. I. Cap. 6. membr. 12. §. 1.  
 (zz) Celeberr. HEVMANNVS cum generos. Respond. in supra dicta Dissertat. de Charact. superiorit. territ. caute designat. tesseram perpetuam a iure sacrorum repetere non ausus est: Cui opinioni, quatenus pacta, transactiones et conventiones subsint, calculus adijci potest.

## §. XXXIII.

Exinde quoque cognosci potest, hanc Superioritatem Reipublicae non in ambitu Civitatis solum et quibusdam districtibus terrae, sed etiam alibi competere. Praescindendo enim de Praefecturis evictum dari potest, Rempublicam superioritatem territorialem, non in urbe solum et aliis locis extra urbem sitis longe lateque exercere, sed et de Curia Provinciali edifferentem, quam potestate, delegata quidem, in Praefecturis polleat, paucis indicare iuvat, nec extra meum propositum evagari, subit mentem.

## §. XXXIV.

Cum alia eminentia iura Superioritati Territoriali sint argumento, nonnulla inde eorum, quae Respublica Norimbergensis per Curiam Provinciale in Praefecturis exercet, delibare lubet. Potestas legum ferendarum; Ius affigendi Mandata, extra Civitatem in Praefecturis et aliis locis, quod Superioritatem Territorialem (a) innuit, et per Mandatum Caesareum d. d. 24. Nov. 1707. clementissime emanatum, corroboratum est; Ius Collectandi, quod merito inter sublimioris domini et eminentiae symbola (b) refertur; Ius Lustrationis, et si

E 3

prae-

- (a) KNICHEN Encyclopaed. c. 5. n. 1. BESOLD. de iurisd. qu. 81. BIDENBACH quaest. nob. 1. n. 4. MATH. STEPH. de iurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 350. TH. MICHAEL de iurisd. Th. 32. PACIAN. de probat. t. 2. c. 35. n. 16.
- (b) GAIL. Lib. I. Obl. 21. n. 9. MATH. STEPH. de iurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 453. et seqq. BESOLD. de iurisd. Imp. quaest. 19. MYNS. Decad. II. Resp. 1. n. 97. MEICHS. L. 1. T. 2. decif. 6. n. 129. GYLMAN. rer. iudic. Cameral. L. 2. decif. 14. n. 27.

praefertim a Statu Imperii immediato, Superioritatis Territorialis capace, exercetur; Sequelae; Metatorumque diversarum specierum, in Iudicio Imperii Aulico, sub die 16. Octobr. An. 1707. Revisione peracta, Reipublicae Norimbergensi pariter confirmatum; nec minus Ius, arces et fortalitia exstruendi, a dignitate Juris Territorialis (c) excludend. etc. sunt eiusmodi iura, in quorum exercitio Respublica Norimbergensis versatur. Quibus iuribus posterioribus affine est ius inhospitandi, quod tamen non tantum milites proprios, sed etiam alienos per Territorium euntes, excipit; et (d) ius aperturae, quo subditi tempore motuum bellicorum Domino Territoriali castra et arces, quas possident, aperire tenentur.

## §. XXXV.

*Uterior enumeratio sublimium.*

Nec minus Ius conducendi, die *Blaitliche Obrigkeit*, quod ad Superioritatem Territorialem (e) referri posse putatur, An. 1313. Reipublicae Norimbergensi, vi Privilegii Imperatoris Henrici VII. quod quidem infelix, confusus et partium studio occoecatus Compiler Chronici Norimbergensis, IOHANNES AB INDAGINE, ab indagine veritatis alienus, pag. 395. infringere conatur, assertum est;

(c) KNICHEN de Iure Territ. c. 3. n. 238. et 239. LINDENSPÜR de fam. orig. et increm. c. 30. n. 106. et 108. Reichs Abschied de An. 1564. S. ferner weil ic.

(d) BIDENBACH quaest. Nob. 12. MYSING. de Super. Territ. §. 76. WESENDEC. Conf. 2. n. 78.

(e) MYS. Cent. 5. Observ. 20. n. 3. GAIL. 2. obs. 64. n. 2. STEPH. de Iurisd. l. 2. p. 1. c. 7. BESOLD. de Iurisd. qu. 18. fol. 84.

est; Quamvis successu temporis diversae controversiae, super quibusdam Iuris inter Serenissimam Domum Brandenburgicam et Rempublicam Norimbergensem, natae sint. Laudum, quod appellatur, des Schwäbischen Bundes Spruch, An. 1507. subsecutum, controversias, ratione iuris conducendi ita componere voluit, ut utraque pars in possessione iuris conducendi, quomodo illud una et altera ab antiquo exercuerit, maneat. Quod ius a iure tutelae atque defensionis viarum publicarum, quod Summae Territorii potestati (f) accenseri potest, quam maxime dependet. Quae autem potestas, non tantum ad id, quod incolitur, vel ad iura terrestria, sed etiam ad flumina publica, quae per Territorium discunt, se se (g) extendit, quod Ius Reipublicae Norimbergensi per Mandatum Caesareum de A. 1729. et Paritorium de A. 1732. sigillatim corroboratum est.

## §. XXXVI.

Vt vero a Superioritate Territoriali ius irrogandi *Exercitium* poenas et coërcendi delicta non separari potest, quod *Centenae Jurisdictionis in Praefecturis Noricis notatur.* nempe ex omnimoda Jurisdictione, quae Domino Territoriali competit, (h) fluit; ita in Praefecturis Noricis, omnino Centena, auctoritate Magistratus, exercetur, et.

(f) STRAVCH. Diff. exor. II. Th. 2. KLOCK. Vol. I. Conf. 8. n. 178. OETTING. de Limit. l. 1. c. 9. n. 14. GAIL. cit. loco.

(g) WESENB. Par. ff. de flum. ne quid in flum. 3. circa fin. LEVCHT. in Tr. de Jurisd. p. 331. ibique citat. IACOBIN. de S. GREG. in invest. sub verb. et cum piscat. 1. et 2. ROSENTHAL de feud. c. 5. concl. 24. n. 3. SIGISM. BVCHNER de re et Iure aquat. §. 49.

(h) vidi KNIPSCH. de Iure Civ. Imp. L. 2. c. 6. cit. aliis.

et quidem ita, ut istae Praefecturae, quibus ius gladii concessum est, ea, processu Criminai a Curia Provinciali adornato, utantur.

## §. XXXVII.

*Exercitium unius vel alterius Iuris in quibusdam districtibus alieni Territorii, non prae se fert Superioritatem Territorialem,*

Non est necesse, hic loci, alia iura, quae vi Superioritatis Territorialis exerceri, et a Curia Provinciali, vicaria potestate instructa, necessitate exigente, vel occasione ferente, in actum deduci possunt, commemorare; sufficit quaedam insigniorum quae superiorem Territorii potestatem mentiri nesciunt, protulisse. Nec enim exercitium huius vel illius iuris et regalis statim indubitatum Superioritatis Territorialis signum (i) prodere potest, sed tantummodo, ut supra §. XX. ratione sufficienti traditum est, complexus iurium sublimium dominium territoriale, quod in eorum exercitio versatur, et a Republica Norimbergensi non seiunctum est, ostendit. Hinc, si alius Status, qui in Territorii alieni pluribus districtibus, vel plane nihil iuris sibi adserere possit, in quibusdam vero, aut per conventionem, aut per praescriptionem, tantummodo quaedam iura sibi acquisiverit, Superioritati Territoriali nihil derogari potest.

## §. XXXVIII.

*Diversa Cognominatio Superioritatis Territorialis indicatur.*

Cognomina diversa, quibus Superioritas Territorialis (k) insignitur, nempe *Landes Fürstliche*, si Princeps, *Gräfs*

(i) vid. saep. Laud. Dissert. Consultiff. D. HEVMANNI de Charact. Superior. Territ. caute design.

(k) WEHNER. Observ. sub Tit. *Landesfürstliche Obrigkeit PFEFFING.* ad Vittr. L. III. Tit. XV. §. 13. et ibi alleg. aut.



Gräfliche, si Comes, Städtliche hohe Obrigkeit, si Civitas Imperii, summa in Territorio potestate pollet, non rei diversitatem ingerunt, sed eandem potestatem involvunt. In sententia celsissimi Imperii Archidicasterii Cameralis d. d. 20 Dec. 1723 et 10 Febr. 1736 die Mühlhofer Fried- & Geboth- Sache betreffend, lata, expressis verbis, mentio, der der Stadt Nürnberg competirenden Landes herrlicher Obrigkeit und Landes Hoheit, iniecta, et assertio huius Potestatis Supremae, extra omnem dubitationis aleam posita est.

## §. XXXIX.

Exinde omnino mirum esse potest, quod inveniantur, qui Territorium Reipublicae Noricae negare, atque eius Superioritatem Territoriale in dubium vocare, audent. Inter quos Illustris Dom. a LVDEWIG, qui saepius in novis singularibusque opinionibus proferendis, quam in veritatibus detegendis, felicior fuit, primas tenet, non erubuit verba effundere: (1) „Quicquid „extra moenia Civitas Norimbergae acquisivit, illud „territorii esse non Vrbs, sed principatus Norimber- „gensis, neque ideo dari posse amplius quid civibus, „quam ius superficiei, ut Vrbs in Burggraviatu nata et „educta, non in Vrbe Burggraviatus etc. quamvis se se ad opinionem GIPHANI in tract. feud. c. 3. n. 12. Vrbs Norimbergensis moenia amplificata, in solo seu territorio Principis Burggravii sentientis, referat. Sed non quilibet de solo Norimbergae eiusque iuribus, rationibus fide dignis scribere potest, qui non ante oculos suos

*Vindiciae contra opinionem Illustris Domini a LVDEWIG.*

F

ponit,

(1) in Praef. Tom. VIII. Reliq. Dipl. §. 9.

ponit, quae facies Imperii in superioribus Seculis subinde exstiterit; qui ignorat Historicas Antiquitates, Privilegia, quae haec vel illa Regio ab Augustissimis Imperatoribus, a quibus, tanquam fonte, omnis potestas, dignitas, iurisdictio, Regalia, eminentiora iura (*m*) manant, obtinuerit, et denique iura per conventiones acquisita. Inde facile fieri potuit, ut GIPHANIVS, cognitione earum rationum, quae in diiudicatione iurium alicuius Territorii exploratae esse debent, destitutus, errores commiserit, qui postea aliis, qui, quamvis iurium Reipublicae Norimbergensis bene gnari, ex partium studio, contra hanc calamum stringunt, principia inimica pariendi occasionem suppeditaverunt.

## §. XL.

*Continuatio  
vindiciarum.*

Ea autem opinione, cui dictus Illustr. Dom. a LVDEWIG indulget, quod nempe Civibus nihil amplius quam ius superficiei dari possit, nihil insulsius esse potest; Cives enim in collectiva suppositione sumti, constituunt Civitatem vel Rempublicam, de qua, quin territorium tanquam suum dominium nancisci queat, nemo, nisi rationi vim illaturus, dubitabit. Meum institutum, transgressionem cancellorum mihi statutorum cohibens, non permittit, de hac materia ulterius edisserere; nec etiam disquisitionem, num Vrbs Norimbergensis in Burggraviatu surrexerit, an potius hic in ea natus et eductus sit, instituere: Qua etiam eo facilius su-  
per-

(*m*) HERM. VVLT. de feud. c. 4. n. 14. MOD. PIST. Conf. 51. n. 38. NOLDEN de Nobil. c. 2. n. 14. PAVERMEISTER de Jurisd. l. 2. c. 8. KNICH, de iure Territ. c. 1. n. 188.

perseverare possum, quo luculentius Vir Reverendus Dom. IOH. PAULVS ROEDERVS, sufficientibus ac ponderatione dignis testimoniis (n) ostendit, Civitatem Norimbergensem ab ortu suo liberam esse; atque exinde facile cognitu est, urbem in Burggraviatu, de quo his temporibus, quibus illa innotescere coepit, nondum cogitatum fuit, minime natam et eductam fuisse.

## §. XLI.

Quod ulterius vir iste Illustr. a LVDEWIG, de alio-<sup>Uterior Con-</sup>rum districtuum acquisitionibus quae Civitati Norimber-<sup>tinuatio.</sup>genfi obtigerunt, improba mente (o) scribit, hanc, ultra moenia possedisse olim nihil, sed quae praeterea habet, nunc per vim subtraxisse aliis, nunc redemisse aere alieno; non sine censura dimitti potest. Non latet, qua ratione Civitas Norimbergae ad acquisitiones aliorum districtuum, qui Territorium Norimbergense constituunt, pervenerit: Et quemlibet iusti et aequi studiosum, exceptis iis, qui iustissimos acquirendi modos, iniusta interpretatione, ratione reluctante, foedare satagunt, fateri oportet, modos acquirendi, a Republica Norimbergensi adhibitos, non in censum iniustorum venire posse. Nec inde ei metuendum est, ne causa sua, si, comparatione instituta, quomodo aliena territoria a suis possessoribus acquisita fuerint, consideretur, inferior evadat.

F 2

CAP.

(n) in suo Comment. hist. de Ortu et progressu Civitatis Norimb. liberae semper nec unquam Municipalis.

(o) in Praef. VIII. Tom. Reliq. medii aevi. p. 38.

## CAP. IV.

DE NEGOTIIS IN CVRIA PROVINCIALI  
OBVENIENTIBVS ET MODO IN ILLA  
PROCEDENDI.

## §. XLII.

*Curia Provincialis ob varietatem negotiorum, diversas Species iudiciorum repraesentat.*

Cum singula oppida singularum Praefecturarum, numerose multitudine civium et incolarum, qui diversas negotiationes et officia exercent, copia abundant, et suo magistratu, cui Praefectus, deo constituitur *Pflegger*, praest, gaudent; facile est cognitu, multa negotia nasci, quae litibus implicata, et postea ad Curiam Provinciale delata, ab ea decisionem eventumque fortiuntur. Hinc evenit, ut hoc Dicasterium multoties, modo figuram Curiae tutelaris, ubi disceptationes ex tutelae natae pervestigantur et deciduntur; modo Curiae officiariae, quae Norimbergae *das Rugs Amt* appellatur, ad fervida opificum litigia componenda vel dirimenda, induere debeat. Ex supra annotatis animadvertere datur, nonnulla feuda Imperii aequae ac alia bona, partim feudalia, partim allodialia Reipublicae Norimbergensi accessisse, quae vero iterum aliis tanquam Vasallis in feuda conferri solent, ut adeo Curia Provincialis, ratione horum feudorum, investiturarum, custodiae legum feudaliu ac consuetudinum, casibus diversis emergentibus, applicandarum, habita, speciem Curiae feudalis referat. Sed admodum longum esset, alia varia genera negotiorum, quorum multa non parvi momenti sunt, et cumulum occupationum adaugent, percensere, et quilibet facile largietur,

gietur, Curiam Provinciale, cui cura Praefecturarum, iuriumque eis annexorum incumbit, nullo tempore, tam a publicis, quam privatis. causis atque negotiis, feriatam esse.

## §. XLIII.

In quibuscunque causis, quae lites creant, partes litigantes iudicium Praefecturae, tanquam primam Instan- *In Praefecturae*  
tiam, adire debent, in qua, figura Processus Summari- *figura Proces-*  
obfervanda, uni eidemque Protocollo, Actio, Exceptio, *sus Summarii*  
Replicae Duplicaeque, cum sententia subsecuta, infe- *obtinet.*  
rendae sunt. vid. Rescriptum novissimum d. d. 15. Febr. 1753. sequentis tenoris:

## P. P.

Nachdem von denen Pfleg. Aemtern verschiedentlich an Uns recurriert wird, hiebey aber wahrzunehmen gewesen, daß die Ursache hauptsächlich daher ruhre, daß von der allen Pfleg Aemtern ehehin ertheilten Instruction völlig abgeganen - und denen an Uns recurriren wollenden Parteyen bey dessen Aeusserung nicht mit dem, auf ihr Begehren, anverlangenden Protocoll, als in welchem Klage, Exception, Replic und Duplic, nebst dem Bescheid, enthalten seyn solle, willfahret - vielmehr selbiges difficultirt, oder wol gar abgeschlagen worden ist; da doch, bey beschehender Declarirung sothanen Recursus an Uns, Niemand füglich und mit Bestand Rechtens, solches verwehret werden kan: anerwogen, parti gravatae iederzeit sein vermeintliches Gravamen, bey dem Iudice Superiori anzubringen, frey stehet; Als ertheilen Wir Euch, künfftig diese Ordnung;

nung bey denen Euch anvertrauten Amts-Unterthanen, sowohl zu Erhaltung der Amts-Authorität, als Erleichterung unserer Geschäfte, auf das exacteste zu beobachten, und bey der - von dem vermeintlichen gravirten Theil declarirenden Recurrirung an Uns, selbigen das bey Amt geführte Protocol, als worinnen, wie oben gemeldet, Klag, Exception, Replic und Duplic, samt der hierüber von Euch, als der ersten Instanz, gefällte Sentenz enthalten seyn solle, anhero, nebst Cuern Bericht, mit aufzugeben, damit Wir, bey dessen Inspicirung, desto leicht - und geschwinder ermäßigen können: ob des Recurrenten Klage fundirt, mithin die von Euch, als Iudice primae Instantiae, gefällte Sentenz zu confirmiren, oder zu reformiren seyn möge. Quoad Executionem aber, wird mittlerweil bis zu Unserer erfolgenden Resolution und Decision, quia tunc Iudicis inferioris officium quiescit, billig Anstand zu nehmen, vielmehr alles, bis dahin, in statu quo, zu belassen seyn. Und diese Unsere Verordnung habt Ihr bey denen jährlichen Ehehafft-Nechten, zu Jedermanns Nachacht - und Befolgung also zu publiciren, damit sich Niemand mit der Unwissenheit excusiren, vielmehr dieser Unserer wiederholten Verordnung desto fleißig - und sorgfältiger nachgelebet werden möge. Wolten es Euch &c. Datum den 15. Febr. 1753.

## §. XLIV.

*Iudicium Praefectarum a civibus vel subditis, non*

Antequam coram Praefecto litigia, inter Cives vel subditos Praefectarum orta, prolata fuerint, neutra par-

tium, quae primam Instantiam praeterit, et statim cum sua <sup>praeterendum est, nisi in</sup> ~~Causa~~ ad Iudicium Provinciale convolare gestit, sui <sup>Casibus excep-</sup> ~~prae~~ praecipitati voti compos redditur, sed ad primam Instantiam remittitur; nisi Iudex huius Instantiae primae administrationem iustitiae recusat; et, ob indicia non contemnenda, se suspectum reddit; tunc enim, ob querelam desuper motam, omnis causae cognitio eidem auferatur, et ad Iudicium Provinciale defertur. Sin iustitiae administratio protrahitur; eius promovendae gratia, Rescripta Promotorialia Curia Provincialis eo lubentius decernit, quo maiori administrandae iustitiae desiderio tenetur.

§. XLV.

Quando Causa in prima Instantia acta, et sententia <sup>Sententia gravatoriali in Praefectura lata, omisso appellationis verbo, Recursus ad Curiam Provinciale</sup> subsecuta est, qua una vel altera pars litigantium, opinans gravamen atque damnum sibi inferri, non contenta esse vult; ea per modum Recursus, usurpatione <sup>ad Curiam Provinciale</sup> volvi potest, ad quam literas informatoriales, petente parte, quae recursu sibi consulere cogitat, dirigere <sup>potest.</sup> quilibet Praefectus tenetur.

§. XLVII.

Hic opportuno loco quaestionem: Num Literae <sup>Cur observatio Fatalis decendii non tam rigorose accipi debeat, rationes subsunt.</sup> supplices Partis, de gravamine per sententiam in Prima Instantia latam querentis et recurrentis, non observato decendii tempore, appellationi interponendae, secundum communia iura, praescripto, post decursum triginta dierum, ad appellationem introducendam, vel ad appellationis admissionem a Superiori Iudice petendam, praefixa

fixarum, exhibitae, sint accipiendae, an reiiciendae? in medium proferre licet. Rigida fatalium observatio non exigi potest, quia 1) in Praefecturis omnibus non adsunt iuris periti, qui munus procuratorum obeant, et partium litigantium iura tueantur; 2) ignorantia iuris, in qua eiusmodi personae, sub praefecturis degentes, versantur, eis eo minus praepiudicium creare potest, quo magis earum vitae genus prohibet, statim, quid, sententia gravante lata, observandum veniat, consilium petere; nisi illis ipse Praefectus vel Tabellarius praefecturalis notitiam eius, quod post latam sententiam facere debeant, ingerent; adeoque etiam 3) parti litiganti, quae, ob praeterlapsum tempus nonnihil periculi ad se redundaturum, ab aliis edocta, animadvertit, petita restitutio in integrum non deneganda est.

## §. XLVII.

*Curia Provincialis non requirit observationem huius fatalis; nisi a Iudicio Praefecturae partibus litigantibus, intra quod tempus recurri debeat, significetur.*

Hae rationes, quibus aliae adhuc facile, si opus esset, iungi possent, a Dominis Provincialibus curate perpensae, absque omni dubio effecere, ut Praefectorum vel Tabelliorum der Stadt- und Gerichtschreiber, desiderio, partibus litigantibus, observationis fatalium, quamvis citra culpam, incuriosis, ulteriorem persecutionem suarum causarum non permittendi, non annueretur; uti Rescripta d. d. 26. Iul. An. 1727. et 9. Martii An. 1728. ad Praefecturam Graefenbergensem et Herspruaccensem emanata, testari possunt; quorum ultimum ita sonat: Wir sind zwar nicht gemeynet, Euch, mit dem gesuchten Decret, daß diejenigen, welche das fatale vorbegehen lassen, nicht mehr gehöret werden sollen, zu willfahren. Es ist aber jedoch Unser Wille, daß Ihr bei einem jeden Bescheid, den

nen



nen Partheyen den eigentlichen Termin, in welchem sie allens falls ihre darwider habende Gravamina bey Uns anbringen können, anberaumen, und da sie solchen vordrey streichen lassen, Ihr Euern Spruch sodann exequiren sollet.

## §. XLVIII.

Nec raro quoque multifariae causae, quarum diu- *In ea Processus ordinarius plerumque obtinet.*  
dicatione Praefecturae non occupatae erant, in Iudicium Provinciale ad discussionem veniunt. Quocumque autem modo causae ad id devolvantur, ventilatio earum, quae viam iudicariam ingrediuntur, quanquam nonnihil de modo summarie procedendi participet, plerumque tamen vestigiis ordinarii Processus insistit. Sed ultra Duplicas, nisi qualitas causae et consideratio singularium momentorum ulteriorem disceptationem admittant, progrediendi facultas, litigantibus raro indulgetur.

## §. XLIX.

Causis antea in Praefecturis tractatis, posteaque *Gravamine delato, a Iudice primae Instantiae literae Informatoriae deponuntur.*  
ad Curiam Provinciale devolutis, libellus ab una parte exhibitus, vel conscriptio eius, quod, sine libello, ad Protocolum coram insinuatam atque notatum est, cum Rescripto ad Praefectum loci, tanquam Iudicem Primae Instantiae, mittitur, et Informatoriae deponuntur: Quo facto hic libellum exhibitum, vel tenorem Protocolli, alteri parti litiganti communicat, et eius responiones ac exceptiones, si non ab ipsomet vel a suo Mandatario constituto figillatim ad Curiam Provincialium deferuntur, cum Literis Informatoriis, a Praefecto confectis, remittere debet.

## §. L.

Notandum vero venit, depositionem testium, qui *Deposito testimonium sit, vel in prima In-*  
super articulis, libello insertis, denominati sunt, non  
G in

*Sententia, vel ad Iudicium Vrbanum remittitur.*

in Curia Provinciali excipi, sed eos, vel in prima Instantia, vel etiam in Iudicio Urbano, cui auscultatio testium et depositionis eorundem adnotatio ad Protocollum committitur, iuramenta de veritate dicenda, et proferenda eloqui debere; deinde autem rotulum desuper formatum remittendum, nec minus praestationem iuramenti, quod uni vel alteri parti litiganti iniungitur, in prima Instantia vel in Iudicio Urbano peragendam esse.

## §. LI.

*Fatalia, et id, quod in appellatione a Sententiis in aliis Iudiciis latis non intermitteri debet, eodem modo, ac si a Sententia Curiae Provincialis appellatur, observentur, necesse est.*

Vtraque parte ad submissionem progressa, sententiaque deinde publicata, nec per interpositionem Appellationis intra decendum factam, suspensa, vires rei iudicatae haec nanciscitur. Etenim pars, quae se sententia gravatam opinatur, si non post publicationem eius statim coram appellationem interponit (ut in aliis iudiciis fieri solet, a quorum sententiis appellatur) intra spatium 10. dierum, Schedam Appellationis insinuare debet; et sic, obtentis reverentialibus Apostolis; Iudicium Appellatorium, ad appellationem intra tempus praefixum introducendam, apertum habet; refutatoriis autem Apostolis decretis, ante decursum triginta dierum, a tempore sententiae latae computandorum, sub praeiudicio desertionis, Senatui libellum supplicem, pro admittenda appellatione, pars contra appellata, post communicationem huius libelli, alium, intra spatium triginta dierum, pro deneganda appellatione, sub praeiudicio admissionis, exhibere tenetur. Sed tamen permissum est, ut Concepta, (ut audiunt) horum Exhibitorum pars appellans aequae ac appellata, ante efluxum triginta dierum, Appellatorii Iudicii Secretario signanda, offerre, de-

deinde vero, intra octo dies, Exhibita, in mundam scripturam redacta, insinuare possit; neglecto autem hoc tempore, Concepra, deleta sinatura, redduntur, et (p) habentur, ac si profus nihil fuisset exhibitum.

## §. LII.

Haec observatio fatalium est in regula, quae tamen si praegnantibus rationibus ac legitima impedimenta adduci possunt, exceptionem non respuit: Indeque nunquam petita restitutio brevi manu, vel restitutio cum causae cognitione (q) indulgetur; ut in Causa quadam Mercantili, ex indultu Senatus Decreti, An. 1738. de novo 30. dies concessi fuerunt.

## §. LIII.

His appellationis fatalibus observatis ut in aliis causis, in aliis Iudiciis agitatis et appellationibus a Sententiis latis, non raro, pro re nata, Perillustri Senatus, e gremio suo, Dominum Deputatum, ad tentandam amicabilem Compositionem, constituere solet. Quae si effectum non sortitur, fores Iudicii Superioris Appellatorii, appellanti, vel aperiuntur, vel aditus intercluditur. In priori casu, appellanti, ad introducendam appellationem, terminus praefigitur, medio vero tempore Acta primae Instantiae, secundum receptum loquendi morem, formantur, et Iudicio Appellatorio traduntur. Quicquid

G 2

ergo

(p) vigore Decret. Perill. Sen. d. d. 28. Oct. An. 1720.

(q) vid. Comm. ad Reform. Nor. V. I. P. V. der Einleitung Sect. II. §. 1. in f. ibique alleg. A LVDOLPH. in Iur. Camer. p. 320. n. 57, ubi differentia inter restitutionem brevi manu et cum Causae cognitione docetur.

ergo in Causis, in aliis Iudiciis Norimbergenſibus tractatis, obſervandum venit, id in Causis, quae in Curia Provinciali controvertentur et ad appellationem devolvebantur, a partibus litigantibus non negligi debet.

## §. LIV.

*Quaeſtio: num  
Reſcripta Cu-  
riae Provin-  
cialis vim Sen-  
tentiae ha-  
beant?*

Antequam meam Diſſertationem ad finem perducam, quaeſtionem: an et quatenus Reſcripta, quae ob cauſas varie occurrentes expediri ſolent, vim Sententiae habeant? non intactam relinquere poſſum. Ut huic quaeſtioni ſatis fiat, notandum eſt, nomen Reſcripti, aliis ordinationibus, quae a Principe vel a Magiſtrato emanant, convenire ſolere, atque adeo in latiori ſignificatione ſumptum, Decreta, Ediſta et Mandata ſub ſe (r) comprehendere.

## §. LV.

*Quid reſcripta  
ſecundum iura  
denotent.*

Reſcripta autem, in proprio ſenſu Iuridico, ſunt Reſponſa Principis, ad relationes, conſultationes, precesque aliorum facta, et ſi ad privatorum libellos ſupplices prodeunt, ſententiamque ſubſcriptam habent, nomine Subſcriptionis, Annotationis ſive Subnotationis (s) inſigniri ſolent. Si ad conſultationes Magiſtratus emanant, nomine Epistoſtae (t) gaudent: Sin preces Vni-verſitatis vel Civitatis cuiusdam ſequuntur, Sanctiones Pragmaticae (u) nuncupantur. Sed Reſcripta, ſive ſint

Gra-

(r) MERILL. Obſerv. II. 26.

(s) L. 1. §. 1. ff. de Conſt. Princ. L. 1. C. quom. et qu. Iud. Sent. prof. L. 6. et ſeqq. de diverſ. Reſcr. L. 1. C. de prec. off.

(t) d. l. 1. §. 1. ff. de Conſt. Princ. l. 3. §. 1. ff. de reſt. l. 6. §. 3. de Offic. Praef.

(u) L. 7. pr. et §. 1. C. de div. Reſcr.

Gratiae sive Iustitiae, effectu destituuntur, ubi per narrationem falsorum et celationem veritatis sunt impetratae, ac iustitiam tertique ius laedunt. Preces enim Impetrantium veritate (w) niti, et in Rescriptis iustitia ac iura tertii illaesa (x) servari debent.

## §. LVI.

Decreta sunt, quando inter partes litigantes, causa cognita (y) pronuntiatur, et continent vel sententiam definitivam vel interlocutoriam. Edicta et Mandata utraque (z) prodeunt motu proprio Principis; cum hac tamen (aa) differentia, quod in Edictis ordinatio vel ius commune universis civibus praescribatur; in Mandatis autem Iudicibus vel Magistratibus, aliquod speciale negotium iniungatur, vel forma administrationis praescribatur. Sed eiusmodi Mandata, a Mandatis, quae in utroque Archi - dicasterio Imperii, nempe in Iudicio Aulico Imperiali atque in Camera, pro causarum postulatione, secundum normam Constitutionum Imperii, decerni solent, (bb) differunt, similiterque recedunt a Mandatis Conventionalibus, quae sunt (cc) Contractus Confensuales, bonae fidei, quibus negotia gerenda aliis committuntur, atque ab his suscipiuntur

G 3

## §. LVII.

(w) d. L. 7. C. de div. Refcr. C. 2. X. de Refcr.

(x) L. 3. L. 7. C. de Prec. Imp. offer. L. 6. C. si contra ius vel util.

(y) d. L. 1. §. 1. ff. de Const. Princ. L. ult. Cod. de leg.

(z) §. 6. I. de I. N. et G. et saep. alleg. L. 1. §. 1. ff. de Const. Pr.

(aa) L. 3. C. de Const. Princ. L. 1. C. de Mandat. Princ.

(bb) vid. MINDAN. de Interd. c. 14. per tot. et de Mandatis c. 5. n. 1.

(cc) Pand. et Cod. tit. Mandat.

§. LVII.

*Quaenam Rescripta vim Sententiae habeant, disquiritur.*

Exinde liquet, Edicta et Mandata, quae in Rescriptis, a Curia Provinciali ad Praefecturas emissis, nonnunquam continentur, ad resolutionem quaestionis propositae non pertinere, et quidem Edicta esse vera et proprie Leges, quae obligant; adeoque tantum rationem Rescriptorum et Decretorum habendam esse. Si Rescriptum Curiae Provincialis continet id, quod inter partes, habita causae cognitione, pronuntiatum est, referet se eo ipso ad Decretum, vel ad Sententiam latam; et tunc de vi Sententiae nullum dubium superest. Sin Rescriptum complectitur id, quod uni parti favet et alteri contrarium est, et sine causae cognitione sancitum est, vi sententiae gaudere (*dd*) non potest; quia sententiam plena cognitio, i. e. plena rei discussio, praecedere, et, post allegationes partium auditas et examinatas, effectum demum ea producere debet.

§. LVIII.

*Rescripta sine causae cognitione lata, per exceptionem sub- et obreptionis, invalida reddi possunt.*

Eiusmodi autem Rescriptum, sub cuius nomine etiam Decretum, quamvis, vi definitionis allatae, praeviam causae cognitionem requirere videatur, promiscue subinde venit, non transit in iudicatum, sed exceptione sub- et obreptionis infirmari potest. At ego hic filum abrumpo, et, instituti mei rationis memor, levidensii labori, a me suscepto, finem impono.

DEO vero TRINVNO sit Laus et Gloria  
in sempiterna secula Amen!

**Nahmen**

(*dd*) t. tit. C. Commin. epist. program. subscript. auctorit. rei iud. non habere. ibique PEREZ. et BRVNNEM. ad L. I. huius tit.

**Nahmen**  
**Derer**  
**Herren Land-Pfleger**

de Anno 1513.  
 usque  
 ad Annum 1752.

A. 1513.	Hr. Martin Geuder. Hr. Casper Nüßel. Hr. Jacob Muffel. Hr. Lienhard Groland. Hr. Martin Tucher.	Die ersten Herren Land-Pfleger.
----------	---	------------------------------------

1516. Hr. Sebald Pfinging.  
 1520. Hr. Lienhard Schürstab.  
 1522. Hr. Bernhard Paumgärtner.  
 1527. Hr. Endres Imhof.  
 1537. Hr. Hannß Rieter.

1543.

1543. Hr. Wolff Harßdörffer.  
1546. Hr. Sebald Haller.  
1546. Hr. Caspar Nüßel.  
1550. Hr. Christoph Krefß.  
1553. Hr. Georg Volkamer.  
1555. Hr. Christoph Führer.  
1557. Hr. Caspar Nüßel.  
1558. Hr. Christoph Groland.  
1558. Hr. Thomas Löffelholz.  
1561. Hr. Jobst Tesel.  
1561. Hr. Balthasar Dörner.  
1561. Hr. Paulus Koler.  
1562. Hr. Wilibald Schlüßelfelder.  
1569. Hr. Philipp Geuder.  
1574. Hr. Christoph Krefß.  
1576. Hr. Paulus Harßdörffer.  
1579. Hr. Joachim Nüßel.  
1580. Hr. Hanns Welser.  
1581. Hr. Bartholome Pömer.  
1583. Hr. Julius Geuder.  
1587. Hr. Christoph Tucher.  
1594. Hr. Jacob Starck.  
1598. Hr. Paulus Behaim.

1602.



1602. Hr. Hannß Nüßel.  
 1603. Hr. Martin Haller.  
 1604. Hr. Wolff Löffelholz.  
 1611. Hr. Endreß Imhoff.  
 1613. Hr. Hansß Jacob Pömer.  
 1617. Hr. Christoph Führer.  
 1618. Hr. Sigmund Gabriel Holzschuer.  
 1618. Hr. Georg Christoph Volkamer.  
 1620. Hr. Georg Pfinzing.  
 1620. Hr. Ulrich Grundherr.  
 1622. Hr. Georg Paumgärtner.  
 1625. Hr. Wilhelm Imhoff.  
 1627. Hr. Philipp Jacob Tucher.  
 1628. Hr. Johann Jacob Tesel.  
 1630. Hr. Georg Seyfried Kohler.  
 1631. Hr. Ludwig Rieter.  
 1633. Hr. Jacob Welfer.  
 1633. Hr. Wolff Friedrich Stromer.  
 1633. Hr. Burekhard Löffelholz.  
 1633. Hr. Albrecht Pömer.  
 1636. Hr. Hansß Wilhelm Krefß.  
 1637. Hr. Nicolaus Albrecht Rieter.  
 1643. Hr. Christoph Dörrer.

5

1645.


1645. Hr. Andreas Georg Paumgärtner.  
1647. Hr. Leonhard Grundherr.  
1649. Hr. Georg Christoph Behaim.  
1654. Hr. Johann Jacob Starck.  
1654. Hr. Willibald Schlüsselfelder.  
1654. Hr. Georg Paulus Imhoff.  
1655. Hr. Georg Sigmund Führer.  
1658. Hr. Carl Erasmus Tezel.  
1659. Hr. Jobst Wilhelm Ebner.  
1659. Hr. Wolff Jacob Pömer.  
1667. Hr. Ulrich Grundherr.  
1670. Hr. Jobst Christoph Krefz.  
1670. Hr. Paul Albrecht Rieter.  
1671. Hr. Georg Senfried Kohler.  
1675. Hr. Christoph Führer.  
1676. Hr. Johann Paul Paumgärtner.  
1677. Hr. Christoph Gottfried Pfinzing.  
1677. Hr. Gustav Philipp Tezel.  
1679. Hr. Carl Welfer.  
1681. Hr. Johann Jacob Haller.  
1682. Hr. Veit Holtschuber.  
1684. Hr. Johann Adam Geuder.  
1684. Hr. Johann Paul Ebner.

1686.

1686. Hr. Philipp Jacob Tucher.  
1687. Hr. Carl Gottlieb Führer.  
1688. Hr. Carl Gottlieb Harßdörffer.  
1690. Hr. Johann Carl Schlüsselfelder.  
1691. Hr. Veit Engelhard Holzschuber.  
1692. Hr. Carl Sigmund Grundherr.  
1694. Hr. Jacob Wilibald Haller.  
1694. Hr. Ferdinand Sigmund Krefß.  
1696. Hr. Wolff Jacob Nüßel.  
1697. Hr. Johann Friederich Löffelholz.  
1704. Hr. Gustav Georg Tezel.  
1704. Hr. Friedrich Wilhelm Ebner.  
1705. Hr. Georg Burchard Haller.  
1706. Hr. Georg Andreas Imhof.  
1708. Hr. Georg Christoph Krefß.  
1709. Hr. Johann Paul Paumgärtner.  
1711. Hr. Veit Hieronymus Holzschuer.  
1711. Hr. Johann Christoph Tezel.  
1712. Hr. Johann Sigmund Pfinzing.  
1713. Hr. Johann Joachim Nüßel.  
1720. Hr. Georg Paulus Pömer.  
1724. Hr. Johann Sigmund Holzschuber.  
1727. Hr. Johann Carl Ebner.

QX JK 3714  
LX Nahmen deder Herren Land-Pfleger.

1728. Hr. Johann Paul Tucher.  
1729. Hr. Johann Carl Weller.  
1729. Hr. Jacob Christoph Stromer.  
1732. Hr. Johann Christoph v. Imhof.  
1737. Hr. Sigmund Christoph Harsdörfer.  
1737. Hr. Hanns Joachim Haller.  
1742. Hr. Carl Sigmund Ferdinand Grundherr.  
1744. Hr. Sigmund Pünzing.  
1748. Hr. Christoph Wilhelm Tucher.  
1750. Hr. Carl Gottlieb Führer.  
1750. Hr. Christoph Adam Friederich Behaim.  
1752. Hr. Christoph Friederich Stromer.  
1752. Hr. Christoph Jacob Waldstromer.



X 2346622

n. f.

Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

*B. N. I, 328.  
h. 64, 16.*

II R  
3714

A ET Ω

SCIAGRAPHIAM  
CVRIAE PROVINCIALIS  
NORIMBERGENSIS  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE  
IN ACADEMIA ALTORFINA  
SISTIT

AC  
AD DISPVTANDVM

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA CONSEQVENDI

D. II. AVG. A. O. R. CIODCCLIII.  
PROPONIT

GVSTAVVS PHILIPPVS VOGELIVS  
PERILLVSTRIS REIP. NORIMB. SYNDICVS  
EIVSDEMQVE CVRIAE PROVINCIALIS  
A SECRETIS

ALTORFII

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOG.

